



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput III. Quo anno Athanasius Romam venerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14233**

*Secundo Roma, cum Eusebius literas scripisset, & cum ipse cum suis, tum nos in iudicium vocati essemus: congregatis illis quoque pluribus quam quinquaginta Episcopis.*

CAPUT III.

*Quo anno Athanasius Romam venerit.*

**B**aronius, qui Elpidium ac Philoxenum Presbyteros à Julio Papa in Orientem missos esse dicit anno Domini 340. consequenter etiam affirmat Athanasium eodem anno Romam venisse, accitum scilicet Julii literis: Baronii sententiam secuti sunt Petavius, Blondellus & ceteri. Verum eos falli, ipsius Athanasii testimonio demonstrabo. Is in epistola ad solitarios non procul ab initio, ait, Eusebianos, qui Julii literis Romam ad Ecclesiasticum iudicium fuerant evocati, cum scelerum conscientia victi, male sibi metuerent, & eventum Romani iudicii reformidarent, sollicitasse Constantium, ut sectæ suæ patrocinium palam susciperet, & Homoulianos ac præcipue Athanasium persequeretur. Ac primo quidem id egisse, ut Philagrius iterum Præfatus Aegypti creatus Alexandriam mitteretur: Deinde ut Gregorius Episcopus pullo Athanasio in locum ejus substitueretur. Statim igitur Imperatoris mandato persecutio Alexandria excitata est. Gregorius cum militari manu ingressus, adjuvantibus cum Philagrio & Arfacio Eunuchis, Ecclesiam Quirini occupat. Inde alii cæsi, alii in carcerem trusi: alii exilio, alii bonorum proscriptioe multati: aliis annonæ ablatæ sunt: eo scilicet consilio, ut omnes Gregorium vel inviti suscipere cogerentur. *ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος τῆς αἰγυπτίας ἐπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα τὰς ἐπιτολάς, ἐν ταῖς αἰτοῦσιν αὐτῶν τὸν ἀθανάσιον ἐπιπέμψαι αὐτὸν εἰς τὴν ῥώμην.* Id est, Antequam hac fierent, Athanasius cum rem audicione tantum accepisset, Romam navigavit. *ἔπειτα ἀπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα τὰς ἐπιτολάς, ἐν ταῖς αἰτοῦσιν αὐτῶν τὸν ἀθανάσιον ἐπιπέμψαι αὐτὸν εἰς τὴν ῥώμην.* Id est, Roma vero congregati Episcopi circiter quinquaginta. Eusebianos quidem ut suspectos, veritosque se in iudicio sistere, repudiaverunt, & quæ ab illis scripta fuerant infirmaverunt. Nos autem susceperunt, & communionem nobiscum amplexi sunt. Annon ex hac Athanasii narratione liquido apparet, Romanam Synodum nonnisi post reditum legatorum habitam fuisse. Certe ante reditum illorum nec potuit haberi legitime, nec debuit. Absurdum enim esset, si Julius, qui legatos suos in Orientem mitterat, ut Eusebianos ad Synodum suam evocaret, ante regressum illorum & ante responsonem Orientalium, Synodum celebrasset. Nam & juris & æquitatis ratio postulabat, ut legatorum reditus exspectaretur, quo sciri posset quidnam egressissent, & utrum Orientales idoneam absentia suæ excusationem afferrent: ut omnibus examinatis atque discussis, in contumaces accusatores, qui vocati non parvisissent, iusta ex legibus sententia promeretur. Hoc igitur absurdum est in opinione Baronii & eorum, qui Baronium secuti sunt, quod Synodum Romanam, eam dico, in qua absolutus est Athanasius, factam fuisse asserunt ante reditum legatorum, qui ad citandos Eusebianos missi erant in Orientem. Est præterea

**A** contulit, quem deinde secuti sunt ceteri. Nisi quod Blondellus in libro de Primatu Ecclesiæ, eodem quidem anno, sed paucis ante Synodum Antiochenam mensibus celebratam esse affirmat. Ait enim literas Julii Papæ quibus Orientales evocaverat, causam Romanæ Synodo præbuisse, Romanam autem Antiochenæ occasionem dedisse. At Baronius, etsi Romanam Synodum in eundem annum retulerit, quo Antiochenam, illam tamen ista posteriorem facit. Cum enim ex epistola Julii ad Orientales data, constet Athanasium Romæ mansisse annum integrum & sex menses, dum Eusebianorum adventum expectaret, Baronius qui Athanasium anno 340. Romam venisse scripserat, necesse habuit Romanam Synodum, in qua absolutus est Athanasius, in exitum sequentis anni conjicere. Ego vero longe tutius esse existimo, in ea re Athanasii fidem sequi, quam Baronii. Certe Athanasius in epistola ad solitarios diserte scribit, Romanam Synodum post dimissos ab Eusebianis Julii Legatos Elpidium atque Philoxenum, esse celebratam. Locus est pag. 816. ubi postquam retulit Elpidium ac Philoxenum Presbyteros à Julio missos fuisse, qui Eusebianos ad causam dicendam citarent, subdit Eusebianos audito nomine Ecclesiastici iudicii, adeo contremuisse, ut animum profus desponderent. Ad solitas igitur artes eos convertos, ait Presbyteros Julii ultra diem Synodo præfinitum à Julio detinuisse, vanasque prætulisse excusationes, quod metu Persici belli Romam ipsis proficisci non liceret. Tandem vero, inquit, Presbyteros Julii dimiserunt. *ἀμὲν τῶν ἀποστολικῶν ἀποστόλων ἐπὶ τῆ ἀποδείξει ταύτης ἀποστάσας &c.* Deinde cruentum Gregorii introitum in urbem Alexandrinam, & cædes atque exilia Episcoporum recenset. Ac tum deum Romanam Synodum commemorat pag. 818. *ἐν τῇ τῆ ῥώμης συνόδῳ ἡντινομοιοῦσι οὐκ ἔχοντες &c.* id est Roma vero congregati Episcopi circiter quinquaginta. Eusebianos quidem ut suspectos, veritosque se in iudicio sistere, repudiaverunt, & quæ ab illis scripta fuerant infirmaverunt. Nos autem susceperunt, & communionem nobiscum amplexi sunt. Annon ex hac Athanasii narratione liquido apparet, Romanam Synodum nonnisi post reditum legatorum habitam fuisse. Certe ante reditum illorum nec potuit haberi legitime, nec debuit. Absurdum enim esset, si Julius, qui legatos suos in Orientem mitterat, ut Eusebianos ad Synodum suam evocaret, ante regressum illorum & ante responsonem Orientalium, Synodum celebrasset. Nam & juris & æquitatis ratio postulabat, ut legatorum reditus exspectaretur, quo sciri posset quidnam egressissent, & utrum Orientales idoneam absentia suæ excusationem afferrent: ut omnibus examinatis atque discussis, in contumaces accusatores, qui vocati non parvisissent, iusta ex legibus sententia promeretur. Hoc igitur absurdum est in opinione Baronii & eorum, qui Baronium secuti sunt, quod Synodum Romanam, eam dico, in qua absolutus est Athanasius, factam fuisse asserunt ante reditum legatorum, qui ad citandos Eusebianos missi erant in Orientem. Est præterea

CAPUT IV.

*Quo anno Synodus Romana congregata sit in causa Athanasii.*

**C**um Athanasius tempus Synodi Romanæ tam distincte notaverit, idque non uno in loco; mirum profecto est viros doctissimos in ejus Synodi tempore falli potuisse. Et Baronius quidem in annum Domini 341. eam Synodum